

AB


103908







UNIVERSITÄT SACHSEN-ANHALT  
BIBLIOTHEK  
LEIPZIG








AB 103 908





# Judiciū Lipsense Simonis Ephennina

De Dillinga Artisingenuarū Magistri Astrologiqꝫ super effectibus futuris ex tabella fati ꝑ honore Accademie Lipsensis Integerrime.





# Caput primum aperit Sidera celi esse cau- sas effectuum in mundo sensibili.

¶ Animus mens et audax et animosus redditur contra vitiligatores  
astrologice prognosticationis ductu Ptolomey i Tertio Quadripartiti A  
principio atq; sui Commentatoris Halij Qui prudenter philosophiceq; sen-  
tiunt q; prognostica accidentium aut generalium aut natiuitatum ho-  
minu indicantur. dignoscunturq; futura ex eclipsium loco. Atq; situ ma-  
gnarum coniunctionum vel cursu planetarum. ac solis luneq;. Immo  
vna eademq; est via cognoscendi accidentia vniuersalia et propria que  
quidem veniunt per cursum solis et lune planetarum ac stellaru siue re-  
rum celestium aliarum. Et preterea Hermes in Centiloquio verbo. 51.  
Natumat futura consideranda A coniunctionibus planetarum. presens  
vero et pteritū sunt dignoscenda ex eorundem separationibus. Hinc hinc  
configuratio stellarum semper est notanda et per signa et per radios.  
et nō demonū consortiatio Accidentia aut generalia siue vniuersalia ( .  
que maiora sunt et alterius supplemento nō egent ) Voco ea que vni ac-  
cidunt genti vel pluribus mortalib; in aliquo tempore anni Sicut sunt  
terremor;. Veti fortes magna diluua inundationesq; aquaru. riuoruq;. .  
noue leges institutane hominu. noua regna : abūdātia victualiu et frumē-  
torum caristia : mortalitates et pestilentie : Fuga atq; Depopulatio ho-  
minu. ac deuastatio locorum. prelia conflictus. Diuersa mortis genera:  
famis: gladij. submersio nauium et naufragium: multiplicatio malaruz  
bestiarum. mortalitas animalium pfectoru. volatiliū. Iracundie regū  
et principum. Conspectus nouoruz moꝝ in hominibus. que quidem om-  
nia Astrologus doctus scire potest atq; annuntiare mortalibus firmo  
suo iudicio atq; recto. anteq; accidant vti in nostro prognostico sim ap-  
partitionem et ad sensum p̄sentem mortales plegent pro ordine capitum  
subsequentium Quandoquidē Jupiter ille optim; maxim; et altissimus  
dominus. vt refert Messahalach in libro de coniunctionibus planetaruz  
fecit. creauitq; terram ad similitudinem sphere atq; condidit circulum al-  
tiorē in circuitu eius dsem volubilem. necnon terrā posuit fixam et per-  
petuo mobilem sub naturali quiete in medio circuli nec declinantem ad  
dextrum neq; ad sinistrum latus : fecitq; alia elementa mobilia per mo-  
tum septē planetarum : Hinc caput caudaq; draconis et signa zodiaci.  
Atq; vniuersē stelle participant opera et naturas septē planetarū. perinde  
ac opus planetarum in hoc mundo sensibili elementariq; adequaretur

97 fo: 2a  
aduersa. Aug.

1 bibe

II 655 730  
Juni: 102  
Vniuersa



. Ita quoque omnis creatu-

efficiuntur atque mouentur A motu planetarum . ex

quorum moribus et applicationibus tam seminum quam animalium fortuna. vel impedimentum A ptatio vel destructio sit. cuius rei maxima significatio et iudicium est diuersitas hominum in esse suo: vita: moribus constitutionibus naturalibus. fortunio atque diffortunio. Hinc omnia ista habent aliquam causam scilicet ex planetis. quorum opus hoc totum vel p fortuna vel p infortuna est. dependetque nutu dei. Hinc iudicium astrologorum est ex stellis et non societate demonum. Hinc Plinius auctor naturalis hystorie ac non vnius terre modo sed totius nature interpres In 18. libro autumat cognitionem celi esse comoditati non gentibus modo verum vrbibus que singulis terre. cum omnis ratio stellarum obseruata sit vel exortu siderum. occasuque et ipsorum temporum cardinibus quod quidem agricola indocilis celi accuratissime obseruat inter suos vepres. humumque suam. Et propterea occasus siue sidus vergiliarum in cauda Tauri est vestis istitoris ita quod illi quibus est cura negotiatoris insidiandi avaritie augurantur de hieme ex occasu vergiliarum Hinc Xenophon Platonis illius philosophi contemporaneus non ante appiam terre committendum censebat quam deus dederit signum in suis stellis quasi natura vel deus nihil voluisset esse occultum additumque Hinc bene pulchreque cecinit Ouidius poeta Munus habet celum: celo spectabere sidus. Sepe reges dubiam cressa corona cratem. Et maro ille Cum subito assurgens fluctus nimbosus Quon. Et propterea celum atque Colonus colunt agrum. Abean igitur illi: qui obseruationes stellarum p vsu comoditateque hominum floccipendunt nisi angurarer illos ipsos moueri ratione ppe inexplicabili motum solis stellarumque. ex quibus non possunt tradi certa siderum tempora. nec obscuritas rerum manifestari tunc pcurrente tempestatu. gradinum: imbriumue significatiode iuxta motus stellarum. nunc post. scatione veniente. effectuque sequente. Immo scientia stellarum occultissima non leui effectu turbat concepte spei ordinem et in nobis astrologis et in animalibus instinctus falluntur circa effectus stellarum atque temporum. Estiue siquidem alites aliquando ppostere aut ppropere nos nos accedunt. Immo aduene volucres ad .6. kalendas februarij afferentes spem veris sepius atque sepius seuisissima conflictantur Hieme rigoreque Quid cum ita sit Res ergo anceps et in coniectura parum posita ipsius astrologi (ex eius namque mente atque stellis pendet iudicium: teste Ptolomeo: astronomicon) plerisque mortales amouebit a reprehensione iuxta ignorantia si

A II 658 439

Immo aduene volucres ad .6. kalendas februarij afferentes spem veris sepius atque sepius seuisissima conflictantur

1 bibe



malia: fruges grandes: procelle cete. <sup>31</sup>  
dem accidunt aut exeunt potius ab horridis sideribus stellisq.

## Caput Secundum de orbe magno atq;

de profectionibus coniunctionum et Planetarum applicationibus.

¶ Quandoquidem male mundi sensibilis alterationes, mutationesq; deprehendunt ductu astrologorum per duos orbis magni hinc ego iusto calculo a tempore diluuij ad annum nostrum usq; currentem reperi. 4898. annos in quibus. 13. orbis completi transfactiq; ostendunt 14. orbem incompletum esse sub dominio Lune cum leone ex signis signiferi Gradum preterea diuisionis annuclatio octauam Scorpi partem Diuisorem mercurij planetam: Profectio autem coniunctionis scantis diluuium Noe ab ascendente venit ad principium Canceri Aconiunctione proficiscitur ad. 14. gradum Libre. Profectio coniunctionis scantis natiuitatem Mosi conigeri venit anno istoc nostro currente ad secundum gradum piscium ab ascendente. Sed a coniunctione ad. 24. gradum Virginis. Profectio Machumeti psecta machumetica. et Sarracenorum ab ascendente venit ad oct. gradum Tauri. Sed a loco coniunctionis processit ad 5. gradum virginis. Profectio coniunctionis importantis natiuitatem Christi saluatoris ab ascendente eiusdem venit ad. 8. gradum Geminarum: A loco vero coniunctionis perrexit ad principium Tauri. Profectio autem coniunctionis maxime Jouis et Saturni ab ascendente venit ad 25. gradum Libre: et A loco coniunctionis ad tertium gradum Piscium Profectio coniunctionis Jouis et Saturni de vna triplicitate ad aliam venit ad tertium gradum Arietis et a loco proficiscitur ad principium Libre: Profectio deniq; Saturni et Martis planetarum infortune ab ascendente venit ad vndecimum gradum Sagittarij. Sed a loco proficiscitur ad nonum gradum Arietis Saturnus Marti coniungitur in octaua Epiphania dni Venerem autem conspicit quadrato aspectu in die Blasij Iupiter retrogradus et in yma parte sui epycicli opponit Soli in die Mathie Aristoli. Saturnus a prima statione in die Benedicti quadrata radiatio Soli contemplet Mars diametraliter opponit Joui in. 9. die Aprilis Saturnus retrogradus et in inferiori parte epycicli opponit Soli. 20. die Junij.



Planete infortune Saturnus scilicet et mars opponunt mutuo in nono die octobris. Hinc ex istis cōiunctionū pfectionibus atq; planetarum cōsiderationib⁹ iuxta Leopoldū ducē Austrie indicatur super statu vulgi: cōditione rerū: mortalitate et peste: detrimento annone: mutatione aure p̄ut radij planetarum felices. bonitatē portendūt. augentq; radij autē malorum et infortune. mali designāt p̄indeac Capita ordine quodā factis superq; aperient. indicabuntq;.

## Caput tertium de dño anni. cuius vi et vir

tute dispositio toti⁹ anni p̄ effectibus rerū r̄mutatiōe aeris dependet  
¶ Cōtemplāti mihi figurā celi p̄uentionalē tanq; cōstellationē fortiorē: nobiliorē: principaliorē. ac deniq; magis vlem̄ occurrit mihi domin⁹ atq; dispositio totius anni ex cōplexione ac virtute stellarū. que quidē snop̄te tendunt versus illā p̄tem. que vincit iuxta sententiam Halihabenragel. necnō Hali circa Ptolemeū in sc̄do quadripartiti ca. 1. Elementa siquidē r̄elemētata dirigūt. disponūturq; v̄l̄it et ḡnalit̄ p̄ nat̄a dñi elemētōr. Ita em̄ loquit̄ Leopold⁹ p̄te quarta. ca. 3. Qualis fuerit sc̄ator in anni reuolutione talis erit r̄ status anni. Cōtemplanti p̄terea mihi v̄trasq; celestes figuras p̄uentionalē scilicet et introitalē dominū istius anni. 18. dijudico Saturnū cū venere p̄pter plures dignitates essentielles. atq; accidentarias virtutes Saturnus nāq; in figura p̄uentionali appodiatus est. 32. fortitudinibus. In figura vero introitali in loco s̄forti et non lōge ab ascēdente dñs extat ascēdētis. vnde ḡnalit̄ grauitas et destructio erit in hoc anno p̄pter saturnū et malum anni dñm. Et saturnus dñs anni in triplicitate Tauri suā portētōsam sc̄ationē. p̄ principio anni ostendet civitatibus in p̄te meridiei que sunt in diuisiōe signi. in quo fuerit Saturn⁹ scilicet in Capricorno. eo q; sc̄ator vulgi teste leopoldo in reuolutiōe anni in signo mobili aperit suam sc̄ationē in p̄ncipio anni. vereq;

## Caput quartum de defectu Solis.

¶ Jupiter ille optimus max: circa mundi creationē dno vidit maria luminaria solem videlicet et lunam p̄ vsu mortaliū et diei naturalis. Ceterum istoc anno prohdolor radios sui r̄os perdent naturaliter aliqua tēporis intercapedine Sol namq; laborabit patieturq; eclipsim per .ii. puncta atq; .14. minuta 7. die Junij Aut Secūda feria post bonifacij in nostro horizonte Lipsico. vbi vicam agimus nostraz et cura et labore p̄ commoditate mediū (faceat p̄pria assentatio adulatioq;) dis



eipulorum. atq; honore studij Lipsici. Hora sexta antemeridiana mi.  
4: 58. secundo. 32. tertio. Tota huiusce eclipsis solaris duratio. 2. hore  
12. mi. Medietas durationis. 1. hora. 6. mi. Principium eclipsis est  
5. hora antemeridiana: 0. minu. Medium eclipsis siue tempus visibilis  
coniunctionis est hora sexta antemeridiana 6. minu. Finis eclipsis atq;  
tempus vere coniunctionis est hora. 7. antemeridiana minu. 12. hinc  
Effectus istius eclipsis durabit duos annos: unum mensem atq; sex di-  
es. Talis autē effectus apparebit primis anno sequenti et. 19. incipiendo in  
Aprili. Effectus preterea medij eclipsis apparebit anno. 20. in septēbri  
Cessabit autem aut feliciter aut miserrime anno. 21. in sexto die Sep-  
tembris mensis vti copiose apertoz ore enarrabimus sequentibus an-  
nis. si modo deus ille pietissimus nobis concesserit spiraculū vite p-  
ductu superne aure Volumus autē iamā silentio preterire. immo obtice-  
mus consilio effectus istius eclipsis stupidos tu; vt christiani homines  
cogitarent modo accessisse tempus erigendi extollendiq; manus ad supe-  
ros deos pro auxilio. tutela dei. Sanctorum et angelorum tum vt me-  
diocriter docti aliquando intelligant. Astrologos nosse naturaliter mo-  
menta temporis. et effectus futuros ex corporibus celestibus atq; motu  
planetarum: Refert namq; Albumasar in libro magnarum coniunctio-  
num q; effectus inferiores mundi sensibilis accipiantur a motibus natu-  
ralibus factis super medium ipsorum planetarum et stellarum celo ad-  
herentium Est preterea alia causa nostri silentij. taciturnitatisq; super  
effectu istius eclipsis. Quam quidē circa oleum accepti a contrario sensu  
istius adagij dulcia ne differ in annum. quasi prudenter agerem si ama-  
ra. si inincunda auditu. si horreda. Si calamitosa differrem in annos.  
cum et ipsa natura cuius opus est opus intelligentie non errantis. potis-  
simum differt. Hermes siquidem inquit verbo. 75. planete occidentales  
tarde bona vel mala dant. orientales vero cito conferunt Item ego plen-  
tinarum dico regiones provinciasq; terre subiectas triplicitati gemino-  
rum: Libie et Aquarij esse obnoxias effectibus eclipsis huius Sicut est  
angulus siue locus habitationis nostre. qui est inter septentriones et ori-  
ens. q; quidē angulū trigoni tertij primū saturnus gubernat cū sit oriētal  
Tandē iupiter cū sit septentrionalis iuxta Ptolomeum. 2. quadupartiti-  
ca. 3. Quoniā accidēs istius eclipsis potissimū apparebit in illis p-  
vintijs et ciuitatibus concordantibus cum signo. in quo contigit eclip-  
sis perinde ac vbi apparet super terram eclipsis. illic accidēs eclipsis ma-  
ius et fortius erit Attamen illud me solatur q; domus istius eclipsis so

com  
no  
S  
f  
D  
f





lariis est benignus planeta Jupiter scilicet cum mercurio propter mltas dignitates essentielles atq; accidentales in loco eclipsis atq; angulo. qui est ante eclipsim aut sm comunē omnium astrologorum viam in angulo qui est primior loco eclipsis. Illud aut quod futurū est ex tali eclipsi solis triget in hūano ppta figurā signi in loco eclipsis iuxta humane figure similitudinē atq; etiam in generibus animalium aquaticorum et de gentium in aquis fluminum ac fontium ppter figurā signi ante aut post eclipsim in angulo existentis. Signum pterea geminorū comune psignat atq; ostendit futura huiusce eclipsis euenire hominibus hoc est regibus: principibus. summisq; viris. et nō in vulgo. immo effectus apparebit firme in omnibus huiusce mundi moderatouibus p cōditione secularium et spiritualium ppter luminare maius quasi totum obscuratum et cooptū sicut Ptolomeus sentit scdo quadupartiti ca. 7.

### Caput quintum de Eclipsi Lune.

Eclipses luminariū faciūt grandia et magna accidentia quorū quidē accidentiū opus est a planetis. 5. qui modo fortiores apparēt. mō debiliores p compactione ad duo luminaria que omnē rem faciūt naturalē ita tamen qd opus luminariū inclinatur ad virtutē et potentiam quinq; planetarum. et siderū erraticorum. quorū cōditionem sequuntur opera stellarū fixarū. hinc ex gubernamēto planete scant accidentia. que triget ex eclipsi hinc Luna isto anno eclipsim patitur. 24. die Maij hoc est secunda feria post Helene aut potentiane ho. 11. ante mediu noctis mi. 26. scdo. 53. Puncta aut dyametri eclipsata sunt. 8. 55. mi. scdm accuratum calculū p omnibus equationibus ad punctū. ut ita dicam - examinatis. nō em sunt. 9. puncta vti apud almanach falso depingitur To ta duratio eclipsis lune. 3. hore mi. 6. medietas duratiōis siue temp<sup>9</sup> casus a principio eclipsis vsq; ad ei<sup>9</sup> mediū. 1. ho. 23. mi. Principiū eclipsis est vesp<sup>9</sup> hora. 9. mi. 53. Mediū eclipsis ho. 11. minu. 26. Finis vero eclipsis ho. 12. minuto 59. aut hora prima Ceterū effectus lunaris eclipsis grassabit tris menses et eodē dies. hinc effectus eclipsis a tpe oppositiōis statim apparebit in mense septēbri. effectus aut eclipsis in augmēto atq; suo ( ut ita ex medico fonte loquar ) statu apparebit in octobri: Finis vero et declinatio effectus experimento cognoscetur in nouembri Dñs pterea isti<sup>9</sup> eclipsis ex eius medio est Saturnus cum ioue qui in loco lune fertur dñs quorum cōplexiones arguūt ad equatum opus. cū cuiuslibet planete opus concordet sue nature iuxta Ptolomeum in secundo

Comrad Rueder  
fuo Subbarcha dñs  
Lunonij  
Brecht  
Burg

Landmanns 52.





quadripartiti ca. 8. Et ut unum aut alterum nocturnorum recensamus Saturnus dominus dispositionis et eclipsis. lunare erit occasio detrimenti et damni ex siccitate. videlicet oppugnationis. depredationis in itinere: pugne preliorum: turbationum hominum: regum atque principum mortis repentine: febris tertiane: combustionum edificiorum interfectionis virorum: captivitatum hominum. et bonorum fortune hominibus. et circa extremitatem annorum iuventutis aut circa medietatem adulescentie atque senectutis Saturnus minatur mortem impetuosam cum magno periculo. Hinc longe croniceque infirmitates ex humorum collectionibus provenientes. Hinc membrorum stupores. hinc animi anxietates tristitie. timoresque dii bene vortant.

## Capitulum Sextum de aeris colore tempore

utriusque eclipsis et Solis et Lune.

¶ Color luminarius tempore eclipsis atque eorum que circa ipsa videntur luminaria teste Ptolomeo in secundo quadripartiti ca. 9. non sine magno detrimento mortalium apparet. Color siquidem fuscus et rubens afficit Solem atque aerem tempore eclipsis solaris circa caput Draconis ac non longe distans ab eodem capite. Color vero eclipsis lune glaucus aut niger apparebit cum pallore. Color autem ille rubens in sole eclipsato hora eclipsis significat accidentia pro calore et siccitate aeris iuxta naturam martis. colore nigro in luna eclipsata significat ea que ad naturam tendunt Saturni

## Capitulum Septimum de bello atque pace hominum.

¶ Accidentia gravia et horrenda ut refert Guidobonatus contingunt in anno secundum dispositionem duarum infortunarum Saturni scilicet et Martis. Hinc saturnus scator et gubernator anni propter participationem veneris in dominio parum declinabit a suo statu cum suis propriis operibus. Et preterea ipse dominus eclipsis lunaris auget invidia livorem atque avaritiam hominum in hoc anno currente unde et lis et contentio inter mortales suscitabitur. Ad hoc accedit scator belli mars scilicet qui in revolutione anni iuxta Albumasarem in ascendente excitabit bellum pro quantitate sue fortitudinis inter reges et principes huius mundi cum sit separatus a Saturno. propter quod bella vasti gerentur per seditiones: caliditates: stratagemmata disciplinam militarem atque ingenia astuta. verumtamen Mars ex parte ascendentis directus significat partem orientem



## Capitulum de egritudinibus mor-

teq; hominum ad bestiarum.

¶ Galenus in libro de differentijs morborum recenset corpora humana sepius atq; sepius labi immo q; recedant ab habitu naturali ac optima temperatura ob solas quattuor qualitates nulla extrinsecus cōfluenti substantia: et si sepius fluxionibus repleantur internis atq; dimoneantur a salubritate per causas antecedentes hinc a nobis astrologis et perspicaci visu et solerti ingenio ad salutem hominū seruandā. ex causis vltibus et celestibus cōstellationibus p̄dicunt egritudines. que tanto vehementiores erunt. quanto causa morbi in corpore hominis coniuncta et intrinseca vlt extrinseca auctior extat. Cum itaq; hoc anno Saturnus sit dominus et scator eclipsis Lunaris. ac dominus ascendentis necnō locus Saturni sit signū celi cardinale ac Luna significatrix vulgi et cōmunis plebis sit in succedentibus omnium ferme quartarum Anni: sic contingent multe infirmitates saturnine et Cronice ac longe cum grassatiōe pestis. morbisq; valide. iuxta sententiā Albumasar in libro primo florum. Ceterum egritudines cōmuniter infestantes homines erunt. Catarrus paralisis: ydropisis: leuitas intestinorum lepra Mentagra: quam morbum vocant gallicum. podagra. cancer. antraces et vlcera. virge hinch. et muscosa tores voluptate peccandi multa pericula sentient ac corporis sanitatem libidine perdent. Homines autē orientales atq; regionibus subiectis Capricorno videlicet Gretie Liphanie: Moschavie: Cremone Saturnus minabitur cum suo dominio crudeli infeliciq; pestilitatem. quā quidē et nostra p̄chdolor regio Lipsica vir. difficulterq; euadet p̄pterea qd nec Jupiter nec Venus aut corpore aut radio felici irradiat signum nostre terre. p̄uincieq; Nam Albumasar in libro de magnis cōiunctionib; recēset Saturnū in Capricorno et directū in angulo portēdere cōtētiōes. et bella. necnō mortē boum et omnium in regionib; Capricorno subiectis.

## Capitulum de frugibus terre.

¶ Non possum non admirari stulticiam hominum cum aut nobis aut alijs vel philosophie studium vel Quabuside artis ingenium obijciunt. propter inopiam. quasi inutile et instructuosum cum Astrologia sic magna occasio acquirendi diuitias a frugi patribus familias.



ales ille milesius per sapien-  
 ens oliuarum ubertatem futuram fecit Emptionem olei in miletio atq;  
 in chio paruo admodum pretio. Tandem non longe post vendidit ole-  
 um: quanti ipse voluit. vnde amicis suis ostendit. ditari: per facile esse  
 philosophis. astrologisq; si modo vellent. sed hoc illis non esse cure. Et  
 preterea Democritus pumus intellexit atq; ostendit celi societatem euz  
 terris. cum presciret olei caritatem ex futuro vergiliarum in cauda Tau-  
 ri ortu. Vnde opes philosophis sunt in facili foro. cum vellent. Et quoz  
 sum hec? illosum pfecto vt ostendam vilitatem aut caritatem Anno  
 ne. terrenascetiumq; omnium pdire aut pcellis grandinum aut ab hor-  
 ridis sideribus celi Hinc hoc anno currente. Apparebit mediocris  
 status atq; conditio in fructibus terre ac frugibus anni tum quod Ju-  
 piter non fortunauerit dominū ascendentis. tum q; in vtrisque figuris do-  
 minus quarte domus nō est saluus ab infortunis. Immo dñs ascenden-  
 tis in hac cōfiguratione est malus. illius aut dominus in loco malo. Et  
 pterea Saturnus infortunās pestifero radio pfectionē cōiunctionis sig-  
 nificantis diluuiū sine aspectu iouis sciat detrimentum in fructibus ter-  
 re. Ceterum speciatim silentio pteream sterilitatem terre ex scientia. certa  
 q; cognitione partium ppter meum discipulum cui nomen est Bernhar-  
 dus. qui p virili ad sacietatem vsq; enarrabit queq; si modo deo ille op-  
 timus eum pristine restituerit sanitati.

## Caput decimum de successu hominum.

### ¶ De statu Christianorum.

¶ Christiani in vere collocabuntur in mediocritate. In estate vero con-  
 uenientiore sentient status. In autumno aut erunt boni atq; felicissimi tū  
 in incunditate vite. tum in gloria honoreq; ppter eorundem significato-  
 res in locis celi bonis hiberno pchdolo: tpe infortunatissimi erunt tū ob  
 insidias Latronū captiuitates atq; carceres

### De statu Sarracenorum et tartarorum

ac aliorum de secta machumetica.

¶ Populus de superstitione machumeti omnium pessimi: heu: afficie-  
 tur conditione statuq; cōuenienti. In vere. in estate vero angustia anxie-  
 tate molestia animi cōmouebitur. In autumno timeat aut pudeat de  
 insidijs ac captiuitate carceris In hieme psperrim⁹ erit aut amore aut  
 voluptate mulieris. vxorumq; et quidem plurium.

### ¶ De statu Iudeorum.

De + trehem videri fol. 101.

Spondens at. 1.1.

Car. Jambog . b.1.

2 Jambog solus.

Spontens

1289

1289 at

Spontens

Theologie

Qua misty mter  
 pro fol 211.



¶ Iudei in vere fortunatissimi erunt tum contractu matrimonij tum sanitate corporis. In estate fortuna eorum se se declinat suo pte. In Autumno et bonis fortune luxuriabuntur. et auaritia vsuraq. In hieme mediocritatem in rebus negocijsq. eorum sentient.

## De statu Turcorum.

¶ Status turcorum et thartarorum tendet ad crudelitatem audaciaq. animi in vere. In estate animu gestabunt iracundum aut aduersus eorum vros aut quoscunq. suos hostes. In autumno nulla calliditate astutiaq. vitabunt pericula carceris et captiuitatum. In hieme fortunatissimi erunt.

## Caput vnderimum de statu hominum

in particulari videlicet de statu pape et aliorum ecclesie patorum

¶ Leo summus pontifex. Cardinales. episcopi. Archiepiscopi in vere parum boni ac pspertatis sentient. Circumdabunt siquidem varijs periculis anxietatibus. seditionibus et egritudinibus declinantibus ad mortem vsq. In estate status eorum magis oportunus erit p corporis sanitate ac religionis integritate. In autumno qz felicitas eorum augmentabitur cum iucunditate vite. In hieme mediocritatem sentient. atq. insidias hostium.

## De statu imperatoris ac aliorum principum mundi.

¶ Maximilianus Imperator et semper Augustus: principes. reges: equites Aurati. nobilesq. alij in vere mediocritate fluctuabunt fortune. In estate vita et successus eorum apparebunt salubriores. In Autumno fortunatissimi erunt in rebus agendis ac salubritate corporis. Hiems minatur illis egritudines flegmaticas et pericula captiuitatum.

## De statu militum

¶ Milites in vere fortunatissimi et felicissimi erunt. In estate qz cruciabuntur a regibus et principibus. In autumno eorum fortitudo apparebit in rebus bellicis et successu spoliolum. Hiems pollicet eis quietem et mediocritatem. vbi et scortis plus equo luxuriabuntur.

## De Studentibus.

¶ Studentes Scholastici. Magistri ac facultatum quarumlibet docto

Theologie  
Maximilianus  
111



res In vere circūdabuntur aduersitatibus et anxietatibus animi ppter  
frenesim. alienationē mentis. aut melancoliam. atq; turbationes rerū for-  
tuitarum. corporisq; In estate fortunatissimi erunt circa societatem ho-  
minum p amore religionis ac honesta virtuosaq; vita. In autumno  
aduersis molestabunt egritudinibus et anxietate animi. Hiems pollicet  
eis et incunditatē vite et sanitates corporis ac amorē erga muscosos fon-  
tes venereum.

## De virginibus et mulieribus.

¶ Puellae: virgines: mulieres. atq; pregnantes In vere felicitatem et sa-  
nitatem corporis sentient cum ornatu corporis decore ac voluptate ve-  
nera in estate afficientur anxietatibus animi: infirmitatibus et debilita-  
tib; corporis ac morte. In autumno mediocritas arridebit eas ipsas cū  
timore mortis. Hiems pollicet eis pl; fortune et sanitatē atq; voluptatē

## De statu Mercatorum atq; Legatorum

et viatorum.

¶ Mercatoribus. Legatis atq; viatoribus celum in vere parum boni  
pollicetur. siquidem ipsi incident in latrones: piratas vnde magnam in-  
securitatē vie sentient. spolia et depdationes suorum bonorū experient nisi  
si prudentia civili pcurant malevolentiam istorum pessimorū hominū  
quos di; deeq; omnes perdant. In estate feliciorē habebunt statum cū  
iucunditate vite et cōmoditate suarum rerum et negotiorum. In autum-  
no quoq; fortunam habebunt cum sanitate corporis. In hieme medio-  
critatem sentient in successu suarum rerum.

## De statu Religiosorum.

¶ Religiosi homines videlicet barbocuculati monachi. virgines vesta-  
les in vere fortunatum habebunt statum pro augmēto laudis: atq; ma-  
gne fame in christiana vita. Coriarij quoq; Sutores fullones: fossores.  
Cuniculi fouearum plus et multū felicitatis in eorū operibus sentient in  
ista parte anni.

In estate mediocrem experientur statum et conditionem glorie et exalta-  
tionis a vulgo. ignobili. quod preter rationem mordit aliquando. vitaz  
hominum et quidem iustorum.

In autumno iterum fortuna eorum effertur. suscolliturq;.

In hieme mediocritas conspicietur in eorum statu quo ad vulgum et vs-  
tam eorum sanctam et religiosam.







Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header.

### De ...

Second block of faint, illegible text.

Third block of faint, illegible text.

Fourth block of faint, illegible text.

Fifth block of faint, illegible text.







AB 103908

X 199 7412









# Juditiū Liplense Simonis Episcopi

De Dillinga Artiumingenuarū Magistri Astrologiq; super effectibus futuris ex tabella fati p honore Accademie Lipsensis Integerrime.

